

Carmina gratulatoria,
quibus auspiciatissimis
nuptijs, præclarissimi,
consul...

Gyllenius, Petrus Magni,

1 Ic 1654 Wexionius, Olaus Olai



National Library
of Sweden

CARMINA GRATULATORIA,

^{Quibus}
Auspicatissimis Nuptijs,

Praclarissimi, Consultissimi atq; Eruditissimi,

DN. M. OLAI WEXIONII,

Politices & Hist; Professoris, In Regiâ Academia
Gustavianâ Adolphinâ dignissimi.

S P O N S I,

E T

Lectissima, pudicissima ac formosissima Virginis,

CATHARINÆ PETRÆÆ,

Reverendissimi ac Praclarissimi Domini,

DN. ÆSCHILLI PETRÆI,

S. S. Theol. Doctoris celeberrimi, Dioceseos Aboënsis Epi
scopi Eminentissimi, ut & Academiæ ProCancellarij ma-
gnificentissimi, meritissimi &c. Dilectissimæ filia,

S P O N S Æ,

*Solemni ritu Aboæ in Templo Cathedr. die 24. Aug.
Anni 1654. celebratis,*

In Quibus

Larga n̄stens iam Sponse Cito Da basta sponsa.

Aggratulantur Wermelandi.

A B O Æ.

Excusus Typis Acad. apud Viduam Petri Waldj.

Nympharum, tremulâ quid fulgor hic auctus ab undâ?
Dic quid erit? rebus num adsit fors fida secundis?

O Cupifala soror, summi regnator Olympi
Iuppiter ipse Pater lætatur, Callianassa,
Emisit liquidâ perfusas nube sorores,
Phillyream, Salinâ, oculisq; nitentibus Æglen.,
Cymodocen, Beroënq;, & comptam fronde Thalam.,
Et Nisen, Clymenenq;, & flavicomam Cydippen.,
Et molles tunicas glaucamq; sinus Arethufam.,
His mandata Patris placido deprompsit ab ore.
Pars eat ut virides vicinis fontibus amnes
Ritè vocet, pars festivos per tecta paratus
Instituât, mensisq; dapes procuret opimas.
Hoc dicto fremuere omnes, plausumq; dedere,
Nec mora ceu iussæ faciunt, & regna pererrant
Humida, muscososq; Patres ad gaudia poscunt.
Protinus assensere Patres, Nymphasq; vocantes
Tramite diverso fecunda per arva sequuntur,
Certatim Chorus omnis ovât. Nam gaudia Sponso
Sunt celebranda novo, qui nunc splendore per urbem
Hanc fulget, multos inter sic eminet unus,
Lucifer ut reliquis formosior eminet astris.

Ede, precor, nomen Sponsi, quo sanguine cretus?
Quidve gerens tanto claret splendore per urbem?

OLAUM Wexionium populi dixere per Auram,
Insignem probitate virum, vultuq; benigno,
Et qui sit placido cunctis affabilis ore.
Wexionia satus est, insigni stirpe paternâ,
Maternoq; simul præclaro stemmate natus,
Clarius ast illum præstanti munere virtus
Extulit; est quoniam clarus, celebrisq; Professor
Dorpati, multæ præstans ac laudibus artis.

Aur.

Cup.

Aur.

Cup. Sed quānam Sponsus teneris eductus ab annis
Commoditate fuit? quam quā ratione palæstram
Trivit, ut excoleret pulchras cum moribus artes?

Aur. Indole præclarā parvus surgebat alumnus,
Atq; illi à teneris, Genio ducente benigno,
Ibat læta comes magnis spes æmula rebus,
Dulce rudimentum pietatis, & optima vitæ
Tum præcepta puer miti tractabilis hauit
Ingenio, quæq; ipsa novas elementa per artes
Præformant aditus gravioris ad orsa Minervæ.
Sed postquam ingenium major firmaverat ætas,
Nosse vetustatis seriem, rerumq; per orbem
Historias, varios casus & gesta potentum
Cura fuit, summo studiorum captus amore
Finlandos populos, & Finnicæ rura petivit:
Arctosq; procul terras penetravit & urbes,
Ut loca Palladij quæ nobilitata superbis
Viferet, ac leges, sacriq; oracula juris
Disceret, & Sophiæ studium, cultumq; disertis
Eloquij, varias lingvas & commoda gentis.

Cup. Egregium certè studium, cultusq; decoros
Narrasti, Sponsus quibus exornatus, honori
Est patriæ, generiq; suo, thalamoq; jugali.
Nunc age quod Sponsæ decus, & quo stemmate primū,
Ac quā, dic, claros habeat virtute parentes?

Aur. Est genitor, Præsul, pietatis Episcopus æquus,
Salanis clarus Musis, alijsq; Camœnis,
Regibus & Cleris notissimus atq; colonis.
Qui semper doctas, per quas Ecclesia crescit
Artes, ac studium Sophiæ volebat ubertim.
Insimul & pollet diversæ affamine lingvæ,
Hebræam cum Chaldaicâ, lingvamq; Pelasgam, Syr.

Syriacamq; tenet, Latio & sermone disertus,
Cui, caput incingens Doct ore a laurus honestum,
Præmia sic merito tribuit virtutis & artis.

ÆSCHILLUS nomen, cognomen grande, PETRÆUS,
Est in Callirhœe (Kolrudh) idiomate Sueco,
Collibus excelsis cincta est celeberrima villa,
Collibus excelsis sed celsior ipsa videtur
Circiter (Egfulan) præclaro stemmate natus.

Pastor eratq; Parens OLAUS, Genetrix CATHARINA.

Sat video Sponsæ clarum genus esse paternum,
Sed de maternæ quid stirpis origine dicis?

Cup.

Hanc peperit dilecta viro castissima conjunx

Aur.

ANNA, vel Eoi gemmis pretiosior orbis,
Grata viro conjunx, & moribus apta pudicis,
Svecia cui patria est Boreæ subiecta nivali.
A quâ jam dudum tenero perecepit in ævo
Multa piæ (servatq; animo) documenta puellæ,
Ut sit vera pijs CATHARINAQ; moribus apta,
Et Christum colere, & venerari jura pudoris,
Et caro parere viro, studioq; sagaci
Procurare domus, norit, quæ postulat usus.

Prædita si morum tali pia Sponsa decore
Instar matris habet, de formâ quærere forsan
Esse supervacuum censes; sat pulchra videtur,
Quæ proba, quæ casti colit aurea jura pudoris.
Sed tamen hanc etiam formâ reor esse venustâ.

Cup.

Quali purpureum miscent candore ruborem,
Inter texta rosis cum lilia cana renident:
Quale vel astrorum decus æthere surgit in alto,
Et Solem præit Eoum, sequiturq; cadentem:
Talis Sponsa pijs oculis, sic enitet ore
Purpureo, dulci Charitum sic illita succo

Aur.

Labra gerit, roseasq; genas argentea cervix,
Flavescentes decorant & candida colla capilli,
Et graciles digiti, molles & corporis artus,
Pectoris arguti testantur inesse vigorem.
Sed quoniam verso procedit vesper Olympo,
Nec patitur tempus, properans mea regna reviso;
Discedens Sponso tamen omnia fausta precabor.
O Neonymphe vale felix, salveq; per ævum
Omne mihi: Et longos cum Sponfa molliter annos
Exige, progenitumq; tibi, pulchrosq; nepotes
Sufficiat summo thalami DEus autor Olympo,
Et te post obitus in coelica regna reponat
Defessum curis, seræq; labore senectæ.

Cap. Hæc eadem mea vota tuis subjungere votis,
O Soror Aura juvat: casto dulcissima Sponso,
Sponfa torum sine lite colat: Concordia cœsto
Hos liget alma suo: prolemq; & munera vitæ
His tellus, vitæ ferat altera munera cœlum.

Kärleekens Krafft vthi een Wyf/a/

Efter then Melodie:

Gerna thet fleer/ fast man är wrehr/ etc.

1.
W Des försan/ Gudz egen Man/
Skrifwer först om Eckenkapz stand/
At Mod och Man/ i Kärleek san/
Bindes i hoop medh sådant band/
Hvilket ey kan/ grymme Satan/
Föråga medh sin starka hand.

2. Gud lagar så/ at två och två/
Skv kärleek til hvar andra så/

Lwils

- Huillen mon stå/ i hwarior vrå/
At sköne Damer träffas må/
Han hitter på/ Diuren som gå/
I skogh och mark stora och små.
3. Aff sin Natur/ ett mechtigt Diur/
Ar Cupido medh sin figur/
Han går på luur/ i regn och skuur/
In til mång Dam vchi sin buur/
Han går på luur/ til Moder puur/
Sfwer den aldråhözste muur.
4. Et wist beslute/ i hwarior knute/
Regerer Venus medh sitt Spiute/
At ingen Luute/ ey Låd och Kruute/
Kan låra henne weta huute/
Hon tager vchi i ringa flute/
Mången som ey haer Roo och stute.
5. Exempel lång/ för vthan tvång/
Kunde man wål bewiisa mång/
At lustigh säng/ och liustigh språng/
Sfwar kärleek som ey är wrång/
Han är ey bång/ han är ey ång/
Når han får gåå then råtta gång.
6. Thetta förnam/ ochså Aldam/
Som soff wid trådzens root oc stam
Een ådel Dam/ kom tå strax fram/
I pryding stoor för vthan stam/
Han war ey gram/ til thetta fram/
Sickhan kärleek/ stoor lust och stam.
7. Samson bleff bleek/ i samma leek/
Når Delila kom medh sitt smeek/
Alisa kärleek/ Dawid besweek/
Zå hans hogh til Bath Seba week/

- Kätt som een Steel/ vthi een Cet/
Hängdes Habor/ och smalt som beek.
8. Signil vng Mōō/ måste och dōō/
För Kärleek; flam aff thenna dō/
Hon bran som hōō/ som sååff och rōō/
Når Habor hängdes widh een Siōō/
Ey regn ey sniō/ ey frost ey tōō/
Förtaar kärleeksens krafft och frōō.
9. Wil man thet troo/ hjyt til Ubo/
Från Dorpt mond; han segla och roo/
Sfwer mång broo/ och mången moo/
Kom wål hans piil och skarpa floo/
Hvn wille groo/ then ädle Loo/
Hoos sin Käreft byggia och boo.
10. Han will; och så/ Petream nåå/
Behöfwer haff; böliorna blåå/
Och henne slå; bland hinder små/
Som hade lust på hōō och strää/
Ty fan han på/ then unge Klää/
Bland rooserna i Finland gää/
11. Magister from/ stoor rijkedoom/
Haar Gvdy ehr gifwie för allom/
Som nu bekom/ aff HExranom/
Then ädla roos alc medh siet blom/
Een wisser Doom/ fälles här om/
Stönare finnes ey i Rom.
12. Cathrin; förwist/ aff Jesu Christ/
Hafwen i fätt thenna Palmqwist/
Förvethan twist/ och vethan list/
Han är Ehr lust i sorg och brist/

Chr båda wist/ skal Iesus Christ/
Zil sigb föra aff Werlden sist.
13. OGD wår Fahr/the unge Paar/
Ifrån alt onde altijdh bewar/
Bliff hoos them qwar/ altijdh war snar
I nödene/ theras förswar/
Hoos Angla skaar/ lät them blij klaar/
Behi Himmelen vppenbaar.

Non ut voluit ac debuit, sed ut potuit
hæc scripsit

PETRUS Magni Gyllenius.



*I*nter mortales qui vivunt scilicet omnes,
Uxorem pulchram qui cupit, ille sapit,
Is fugit hoc facto nam multa incommoda vitæ,
Et longè curas ablegat ecce suas.
Suarivus estq; nihil VVEXIONI clare Magister,
Quam formosa uxor, casta, venusta Venus.
Esse bonum multi testantur, testis es ipse,
Dum suavi Venerem ducis amore piam.
Ergonè felicem vero te nomine reddunt,
Et statuunt faustam nunc tibi fata domum.
Namq; viro quæ sors optatior ulla parari,
Quàm placidis conjunx moribus apta potest?
Hæc beat una domum consors dulcissima vitæ,
Hæc mœsti curas allevat una viri.

B

Ecce

Ecce piè splendent tua candida lumina semper,
O dulcis conjunx gaudia mille ferunt,
Quid dicam; flavos dedit & natura capillos,
O bona lux & cor, cordis & una salus.
En dulcis tua vox labia & tua mellea sunt,
Sponsa Petrea simul, splendida cuncta manent,
Sponse vale: nox blanda venit, mea Musa recedit,
Cetera purpureus ritè docebit Hymen.
Sponsa vale, nova nupta vale, nunc clare Professor
Sponse iterumq; vale, sponsula vive bene.

V O T U M.

Da facilem Sponso carà cum conjugè vitam,
Da decoret castam pulchra propago torum,
Da tenrà cum prole, tuæ ceu laudis amantes
Pars quota sint regni, permaneatq; simul.
Interea Genio jucundam solvere frontem,
Festa monent, Sponso quæ vacat, ista dies.

Ex animo hæcce paucula f.

ERICUS Holstenius Lindqvist.

Sponsus.

Salve, lux, salve mea, tu mea blandula salve,
Sponsula, lux animi deliciosa mei,
Euge veni cor, sol, solamen, sola voluptas,
Eia veni, sine te non mihi vita placet.

Ergò

Ergo sparge tuos radios, ego totus aduro,
Sole magis calidi dum tibi sint oculi,
Eia veni, mecum tu conversabere semper,
Ingredere in thalamum, tu mea costa meum.

Sponsa.

Salve Sponse corona nitens: mihi semper amande
Sponse, corona mea es, perpetuumq; decus,
Solamen mihi Sponse manens, fiesq; perenne,
O mea spes salve, delictumq; fave,
Si veniant quondam presentis tadia vita,
Tolles dilecto semper amore tuo.

Debiti honoris E. apposuit

ANDREAS NIC. Knöp.

Thi then första Mosis Book/
Hafve Wij kundskap kloor och floot/
Alt i genom Gudz macht och krafft/
Ur Himblar / Jord och all ting skapt/
Sool / Måna alla Stiernor kloor /
Diur Foglar / alle paar och paar.
Och Guds sågh thet war ganska gott/
Som han gjorde hade / stoort och smått.
Sedan vthöfwer alla Diur /
Stapte han Adam reen och puur /
Gaff honom Ewam til Hustru /
I lust och frögd the vnga tw

Leffda

Leffde tilsamman/ rått lifsa så
Monde i thenna dagh tilgää/
Ut Mannen får een godh Dwinna/
Dwinnan mon och god Man finna.
Exempel hafwe Wij i dagh/
I thetta unge Hionelagh/
När Måster D E B F träder fram/
Och bekommer een adel Dam
Til sin Hustru/ C A Thrin och så
Een adel skänck bekomma må.
Ehr båda önskar iagh stoor frögd/
Aff G B D h Fadher i Himmels högd/
Medh frögdh/ lust/ lycka och framgång/
Fåå lesra vthi åhren mång.
Sedan vthi Himmelen boo/
I Ewigh frögd/ glädie och roo.

Votum.

*Vivite concordēs felices atq̄ modē sti,
Ut DEus astripotens vester sit fautor & autor,
Post mortem & summi sacra scandite culmina cæli,
Omnipotens faxit DEus hoc nunc Trinus & Unus.*

In honorem Sponsi & Sponsæ addidit
NICOLAUS L. Gilberger.

